



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 9. Actum de præsentia Christi Domini in Eucharistia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. ti articulus prætermitteretur , admo-
A.C. 1551. nebant ; explicandum enim censebant ,
 quod *hujus Sacramenti Minister fit Sacer-*
dos legitime ordinatus ; nam Lutherus ,
 ejusque Sectatores persæpe docuerant ,
 quod quilibet Christianus , imo & fæ-
 minæ consecrandi potestatem habeant .

§. IX.
***Actum de præsentia Christi Domini
 in Eucharistia.***

Ut ergo hæc doctrinæ capita confice-
 rentur , quædam indicebantur Con-
 gregationes , in quarum prima de reali
 præsentia agendum proponebatur : ni-
 hil tamen de modo , quo Christus Do-
 minus in hoc Sacramento præsens exi-
 stit , decidebatur , ne Dominicanos in-
 ter & Franciscanos jurgia excitarentur ,
 non enim una illorum est opinio ; quippe
 Dominicani Corpus Christi Domini
 in Eucharistia præsens esse docent via
 productionis , eoquod Corpus Christi
 Domini loco panis per eisdem substanciæ
 reproductionem præsens fiat , quin
 de cælis , ubi sedem suam quasi *natura-*
lem habet , descendat , juxta quam doc-
 trinam substantia panis mutatur in sub-
 stantiam Corporis Christi , quod uno
 nomine *transsubstantiatio* vocatur . Ex
 adverso Franciscani transsubstantiatio-
 nem

nem *adductivam* propugnabant, seu con- Sæc. XVI.
tendebant, quod Corpus Christi e Cœ- A.C. 1551.
lis non per motum successivum, sed in-
stantaneum adducatur, ita, ut panis
transmutetur in substantiam Corporis
Christi, sed Caro Salvatoris aliunde
adducta succedat substantiæ panis. Ce-
terum quælibet ex hisce Scholis suam
opinionem strenue defendebat, atque
sententiam oppositam multis a veritate
absonis, ac repugnantibus propositio-
nibus scatere afferebat: cum ergo uni
litigantium parti satisfieri haud posset,
quin offenderetur altera, hinc Ver-
omensis Episcopus, qui hujus materiæ
discussioni præerat, post aliquamdiu
protractam utriusque sententiæ explica-
tionem earum neutram approbabat, un-
de in Generali Congregatione sanctum,
declarationem vocibus adeo am-
plis esse faciendam, ut illa utriusque
sententiæ sensui accommodari valeat.
Hæc provincia præside Veronensi Epif-
copo demandata fuit quibusdam Præ-
sulibus, ac Theologorum nonnullis.

§. X.

*Montfortij Comitis monita circa pub-
licæ securitatis literas, atque usum
Calicis.*

Cum inter hæc capita non infimam *Pallav. l. 12;*
B 2 ope- c. 8.